

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de Lvgdvni, 1659

Examen VI. De Parentum cultu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

Moralis Theologia Tract. I. Leges, zatio apparatu minori celebrata. Alij autem contrarium af.

Pi

r

ferugre.

29. Habitat quis in duplici Parochia diuersa festa cele-5.3. Varia de brante : ad quámnam tenetur celebrandam? Ex Filliucio reffestis. pondeo teneri ad eius festa seruanda, in qua præsens est. Filliuc.

30. Dixisti agasones, & muliones non esse mortalis criminis reos, quia licet opus seruile, in oneribus leuandis vel imponendis , non multum temporis consumunt : an poss mus idem affirmare de ducentibus iument alignate silua? Ex Filliucij citat doctrina idem affernero, fropus feruile cedendi, imponendi, & deponendi duarum horarum spatium non multum excedat; quia reliquus labor iumenti humeros aggrauat.

31. anfamuli quando coguntur à dominis di bus festis laborare seruiliter, patere possint? Ex Toleto respondeo, posse fine peccato, modò non cogantur in Ecclesiæ, aut festi contemptum: tunc enim deberent mori potius, quam laborare. Adiicit tamen huiusmodi famulos, qui sape ad laborem die festo coguntur, transacto tempore sux obligationis, deben alium quarere dominum, fub quo possit festa observare; nis desint quibus commodé suam operam locare possint: auts magnum mutatione illa incommodum paterentur.

林林·祥·祥·林林·祥·林林·林林林 EXAMEN VI.

De legibus in particulari circa materiam quarti Mandari Decalogi de parentum cultu.

> CAPVI PRIMVM.

De mutua Parentum, & Filiorum obligatione.

Obligateo filij ergapa-Tentes,



Votnam obsecro circa parentum honorem observan. da? Curanda fex, internus amor, externus, sub. uentio in necessitate spirituali, in corporali, adimpletio testamentorum, & dilectio in ordine

ad supernaturalem beatitudinem: hinc consequenter totidem modis possunt filij delinquere.

2. Quid circa alimenta? lure gentium alimenta parentibus debentut, iifque subueniendum in graui necessitate, Num

Examen VI. De Parent, cultu ad Mand. 103 si professus sit in Religione filius egredi tenea ur? Minime, nisi parentes extremam necessitatem parerentur; tunc autem de-16ferendus etiam habitus esset. 3. Licet ne alimenta parentibus aliquibus in casibus denegare? 10-Licet in his, in quibus ab eisdem exhæredari possunt. el. 4. Quidnam praterea filius debet parentibus? Eorum curare sepulturam, solucie debita, quæ sacultatem hæreditatis non excedunt. Nunquam licet filio patrem occidere, nisi pa-22triæ hostis eslet. Denique grauiter delinquere potest filius 17non obediendo in iis, quæ ad domus gubernationem pertiati nent, ad bonos mores, & ad statum matrimonij in quibusdam di, ce+ 5. Quidnam vicissim parentes silis debent ? Necessaria ad vitam subministrare, bonis moribus instruere, non vendere abs-Obligalaque insta causa, liberare à servitute, providere illis volenti- tio parefle 110 bus studio operam dare. 6. Potest ne parers alimenta filio denegare? In his casibus ga fiare. potest. Si patrem accuset, si ipsemet illis indigeat, si fuerit in-lium. die gratus, si habeat, vnde sustentari queat, si quid agat, ob quod ere hæreditate spoliari possit. Alias quidem iure naturali filiis nili ıtli parres alimenta debent. 7. Quidnam parris proprium? Filiis prouidere in futurum, non priuare hæreditate nisi iusta causa, dotare filias. 8. Prascripto debentur ne alimenta? Debet pater ei simpliciter necessaria. Quid de spuris? Spurio etiam de iure Canonico necessarium alimentum debetur. Clerici spurits relinquere possunt alimenta necessaria. Num excommuni-III esto filio, aut Religiosi è crenobio eiesto debean ur alimenta? Ita plane, si ciectus egeat, etiam hæretico, si aliunde non 9. Valet ne renunciatio alimentorum ? Minime, absque iudicis auctoritate, nifi iure tur. Neque alimenta præterita tenetur pater resarcire in conscientia, secus in exteriori foro. Profectò inter alimenta impensa pro filio ad studia comprehenduntur. Dos ne spuris trudenda? Ita plane. 10. Quenam propria m urus? Duo, vnum, alere filios vique ad tertium annum, & lactare eos per se, vel per bonam an_ ubnutrice m. adinc em 111-13771

ga domi-

2205,

CAPVI II.

De mutua coniugum obligatione.

Venam viri erga vxorem obligatio? Eam in divinis 2 præceptis non potest impedire, in humanis iusta de tio ma-causa potest. Grauiter percutere minime, secus reprehendere, riti erga & moderate corrigere. Domus administratio ad virum ruxorem. spectat, & cum yxore tenetur habitare, nec abesse, nisi ex iusta causa.

12. Quanam autem vxoris erga virum? Obedire debet Obliga- marito in domus administratione. In rixis cum viro granitio vxo- ter aut leuiter peccare potest iuxta materia, aut affectus graris erga uitatem. Tenetur sequi virum, queisdam casibus exceptis. Aliquando postet se se administrationi domus ingerere. Innicem equidem debent sibi amorem, reuerentiam, toleran-Fism. tiam,& debiti redditionem.

CAPVT III.

De mutua dominorum & seruorum obligatione.

13. Exhibe feruorum erga dominos obligationem. Tenentur debitum honorem dominis deferre, obedientiam Obligatio Jer præstare, conservare domini res, in ægritudine us Sacramenta uoru er- procurare, & malis tutari imminentibus.

> 14. Quandonam serui tenentur non fugere, quandonam autem fugam possunt arripere? Iniusto bello capti sugere posfunt, non aurem qui sele vendiderunt in teruos. At iusto bello capti, etiam fugere ad suos valent, absque vi tamen, aut deceptione fidei datæ. Capti apud infideles etiam fugere possunt, & iis dari valet confilium ad fugam : accipere autem ad fugam necessaria à Turcis vel aliis hostibus Christiani nominis pollunt.

> 15. Quid de peculio seruorum? Habere possunt peculium fuum permissu domini, mobilibus, vel immobilibus constans. Absque domini autem consensu inutilis est donatio.

16. Si vxorem duxerint, cuinam potius servire debent, domino, an vxori? Magis domino; quam yxori, fi domino inscio cam duxerint : secus fi sciente.

17. Num

Examen VI. De Parent. cultu ad Mand. 105 17. Num in omnibus obedire domino teneantur ? In iis ple nè, quæ contra naturale ius funt, vel contra diuina præcepta parere non debent. Tria autem præstare tenentur famuli heris suis : honorem, reuerenriam, & obsequium. 18. Quidnam dominus debeat seruo? Honestam sustentarionem, institutionem in rebus fidei, & correctionem fra-Obliga-18 ternam. Haud domino potestas necandi seruos; si tamen tio domiie occideret, nihil vlli deberet, nec si mutilaret. Alimenta in to-norum tum subtrahere non potest. Ex delicto eius iustu commisso erga serm 19. Quid de famulis alendis & gubernandis? Alimenta, quæ dominus famulo debet, famulatui congruentia debent esse. Ad hospitale licet quandoque mittere; & iustè merces subtrahitur, cum ægrotat. Ex contractu aut delicto famuli herus non obligatur, nisi iussu, aut auctoritate domini facta S. fint. Debet expellere herus famulos moribus corruptos, nifi ad meliorem redituros frugem speret. CAPVT IV. De mutua Pralatorum & Clericorum obligatione. D quidnam Clerici erga Pralatos tenentur? In acti-A bus quidem internis obedire non tenentur, neque Obligain malis etiam venialiter. In dubio de peccato, præcipienti tio Cle-Prælato obedire tenentur: debet autem eius voluntas illis esse rici erga demuntiata. Tenentur profecto obedire in pertinentibus ad prela-Clericos. Beneficiarij ad subsidium charicatiuum, contribu-tum. tione videlicet quadam in pecunia, vel æquiualenti re à beneficiariis facta in quibusdam casibus erga Episcopos. Curati etiam, & Religioli erga suos Prælatos peculiaribus tenenıt tur obligationibus. 21. Pralatorum erga Clericos recense obligationes. Debent n residere, ad quam probabilius reputo iure diuino teneri. Ad Obliga-11 breue tempus cum causa abesse possunt. Quanamiusta causa tio Pradiscessus? Quinque exhibeo, Christianam charitatem, vti- lati erga n litatem Ecclesia, & Reipublica, vrgent necessita cadebita Cleriobedientia. 22. Quoad leges morum ad quidnam tenetur? 1. Quotanms Synodum facere. 2. Visirare singulis annis diœcesim per te, vel impeditus per alium. 3. Instituere idoneos ministros. 4.

Moral. Theologia Trast. I. Leges,

Inquirere in populi sui peccata. 5. Corrigere subditos. 6. Superflua pauperibus elargiri. 7. Iudicare causas Ecclesiasticas. 8. Approbare Confessarios, Concionatores.

23. Quanam eius potertus? Potest conferre indulgentiam quadraginta dierum, imponere censuras, in quibusdam irregularitatibus, & impedimentis matrimonij non dirimenti-

bus dispensare, & alia plura gerere valet.

24. Quidnam ai circa ordines, beneficia, & confirmationom conferendam prastandum? Eos per se conferat, vel aliò mittat. Singulis annis chrisma conficiat, suis temporibus Sacramentum Confirmationis conferat, dignos ordinet cum sufficienti titulo. Porrò beneficia folummodo dignis conferat, ad testamentorum denique executionem maxime in piis caufis attendat.

CAPVT V.

De mutua Principis laici, & subditorum obligatione.

Obligacipem.

25. A Dquidnam tenetur vasallus erga Principem! Debet A vectigalia soluere : in necessariis tamen familiæ detio Va- fraudantes minime obligantur nisi in quibusdam casibus falli er- Nouæ gabellæ debentur, si iustæ sint; si non petantur, seclula ga Prin-fraude, non est obligatio soluendi. Soluentes peenam non tenentur ad gabellam : tenentur tamen, quando in conscientia corum id relinqueretur. Potest quis non soluere, quando certò scitur, non impendi gabellam in rem ob quam imposita est. In dubio de institua : Præsumendum pro Principe, & etiam infideli foluenda.

26. In quibus autem Superiores laici erga subditos tenentum Obliga- Cum virtutes laici Principis debeant esse Religio in Deum, tio Prin- Clementia, Liberalitas, Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Magnicipis er- ficentia, Magnanimitas : vitia autem : Cupido immodica rega Va- gnandi, indictio belli iniusti, socordia in muniendis Regni fallum. arcibus, negligentia inviis publicis reparandis, non subuenire miserabilibus, non tollere consuetudines prauas, Exactionibus iniquis subditorum copias exhaurire, iniustas leges condere, subditum ad certum matrimonium cogere, vel in contracto impedire, sussque privatis commodis studere: obligatur quidem,& proprietates Principis exercere,& vitia fugere, Inb mortali quidem, aut veniali iuxta materia grauitatem.

27. Peccant

Examen VI. De Parent cultu ad Mand. 27. Peccant ne Principes assumentes ineptos ad gubernatio-Sunem? Si omnino inepti fint, peccant grauiter, & ad restituas. tionem tenentut; si autem sint minus idonei, peccant quidem, sed minimè tenentur ad restitutionem. am 28. Spectat ne ad Principes cura Sacrorum? Profecto ad reipsos patrocinium spectat, cura ad Episcopos. At residentia 111-Etiscoperum? Non pertinet ad Principes, curare tamen posom funt, vt ea feruetur. 29. Quid de officiorum venditione, aut naufragantium, bolitnis? Officia lucrofa vendere non semper licer:nec bona naurafragantium applicare sibi licet, nisi derelica sint. ufat, IU-CAPVT VI. De mutua Magistri & discipuli obligatione. Vidnam debent Magistro discipuli ? Honorem , reuerentiam, obedientiam in pertinentibus ad bonos Obligamores. Debent item vacare studiis; & pecuniam à parentibus tio Distraditam expendere iuxta magiftrorum voluntatem, vel iux- cipuli er. ga Maoct ta debitam dispensationem. 31. Quid Magistri? Eorum peccata dissimulare non de-gistrum. iebent, eos in literis promoueant, & corum curam in pertinen-US. tibus ad mores gerant. Plura sigillo sequenti, Interim Do-Obliga-112 clores tenentur ad multa. 1. Nihil docere contra fidem, aut tio Maon bonos mores. 2. Discipulos ab aliis Doctoribus non auertere, giftri er-11+ 3. Diligenter studere, vt officio suo satisfaciant. 4. Stipendia ga Discido æquo maiora non exigere. 5. Captui auditorum sese accom- pulum. 0modare. Porrò caucant ne Doctoratus infignia negent di-80 gnis, aut indignis conferant, aut male moratos admittant scholasticos, aut eos permittant, cum possint reprimere, sufuri fragia indigno impendere, aut pro suffragio iusto, ant iniusto m, pretium accipere. emi CAPVI re 11-Praxis, circa materiam de parentum cultu ex Socie- Deparé. nntatis I E S V Doctoribus. tum ego filiorisms 32. DOtest ne pater filiam cogere impuberem Monaste-obliga-10 rium intrare causa educationis; Potest, sieut cogere tione. 28 puerum

Moral. Theologia Tract. I. Leges, puerum, vt scholam ineat, vel artificium. Pueri autem tenentur obedire; quia illa in ætate non tam sua, quam paren-Suar. tis voluntare regendi. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 2. num.If. 33. Quid post filiarum pubertatem? Non potest parens fine lethali cogere ad manendum in monasterio cum seculari habitu vsque ad nubendi occasionem : quia fæminæ maioris ætatis in iis, quæ ad statum suæ animæ pertinent, sui iuris sunt ideoque non possunt ad tam arctam compelli custodiam. Nisi ad aliquod breue tempus moraliter necessarium Suarad illarum custodiam censeretur. Sic Suarius de Relig.tom.3. lib. 5.c.9.dub.4. 34. Scio Tridentinum feff. 25. cap. 18. sub excommunicationis pæna prohibere, ne vllus fæminam cogat Monasterium inire, habitum suscipere, aut profiteri: quesierim, an pater cogens filiam puberem ingredi Monasterium non animo adscribendi eam Religioso statui, excommunicatione feriatur? Respondet Suarius citat. non incurrere; quia Concilium loquitur de illo tantum ingressu, qui à parentibus per se ad habitus susceptionem ordinatur. Quid si ordinetur animo eo, vt filia Monialium exemplo ad habitum suscipiendum illiciatur? Licet plane, tunc enim fæmina alliceretur quidem, non coge-35. Tenetur ne parens dare filis alimenta, & dotem? Adeò Fagund. tenetur (ait Fagundez Dec.tom. 1. lib.4.cap. 5.) vt filius Magnatis, cui pater noluerit iuxta statum alimenta exhibere, possit sine lethali yxorem ducere divitem, & nobilem, licet genere aliquanto inferiorem, inuito parente. Tenetur & præstare etiam filiis spuriis alimenta,& dotem. Quid si pater sit Clericus? Ad alimenta tenetur, ad dotem autem, in cuius solutione maius patri incommodum, & proximo scandalum Molin. emergit, afferit Molina de iust.tom. 1. d. 124. num. 22. non teneri; præsertim yt dos inseruiat ad alendam samiliam fili, ad quod pater non tenetur. 36. Teneturque pater filios ad iciunandum cogere, pracepti diebus? Non debet è domo eiicere ieiunare renuentes, sed Hurt. lege charitatis corripere. Ex Petro Hurtado accepi. Qui addit non teneri dominum famulum nolentem iciunare, è domo exturbare, aut victum tollere: vel eius famulatu le privare, quod incontinens sit, si amasiam extra parietes habeat : secus si eadem domo cohabitarent. 37. In extrema necessitate (circa parentes primum requi-Tolet. 10) subuenire debeo filio meo, an parenti? Toletus respondet

Examen IV. De Parent cultu ad Mand. 109 probabilius subueniendum patri. Et quidem in vitæpenriculo patri potius subueniendum, & præferendus ille etiam nei, cui fuisser iuratum; quia intelligitur pater exceptus. 38. Quinam communiter ad alia multa nomine patris veniunt intelligendi? Superiores, vt sunt Episcopi, Curati, Imne peratores, Reges, Principes, Tutores, Curarores, & Magistri, III quorum prudentia erudimur, & doctrina: his certe omnibus 0honorem & reuerentiam exhibendam & hoc præceptum, & naturæ dictamen nos edocet; vnde coniicientes contume-0+ lias in hosce, ad grauemque iram iustam prouocantes gra- Saa uiter delinquunt Ex Saa & aliis. 3. 39. Num teneatur pater non solium filio etiam proscripto & emancipate alimenta propare, sed & filij vxori, dum filius pra- Azori 2bere non potest Ex Azorio tenetur; vxor enim & maritus idem reputantur. 775 40. Num mater filio alimenta prabere teneatur? Præter lac di minime, & ipsam lactationem debet ex desectu patris; vnde et existimo quod si ipsa iustè excusatur ab immediata nutri-tritione, ad patrem solum pertinere sumptus filio nutriendo elicet ad matrem pertineat bonam filio nutricem adhiberi 0et 41. Possunt ne parentes filium agrotantem ad hostitale reemittere? Mortaliter peccant, nisi adsit iusta, v.gr.nessitatis Azor caula. Azorius. eò 42. Obligatio ne filios alendi transit ad haredes parentis, aqui filios alere tenebatur. Maxime ex Azorio; sed non transit directe ad donatarium; neque ad eos, qui bona parentum et titulo emptionis, vel fimilis contractus acquifierunt; trant-8; mittitur tamen ad fiscum, cui bona parentis addita fuere, ob er iplius parentis delictum. 43. Pater qui filio alimenta non prastitit, tenetur ne adrestitutionem? Marime ex Lessie, nisiforte ob id filius debita Lessies. n contraxiflet. 1 44. Tenetur ne pater filia nubenti dotem competentem con-Stituere? Tenetur plane etiam spuriæ, quamuis filia diues sitti aut monasterium ingredi velit, aut nubat, inuito parente, aut etiam indigno; secus si filia nubens cum dedecore indigno maior sit viginti quinque annis; & diues, patrisque alimentis non indigeat. Neque pater eximitur ab onere dotis, alio trab Fagunda dente. Sic Fagunde? -45. Possunt ne fily prinari hereditate, 3 alimentis? Multis de caulis polle ex meis Doctoribus collegi. 1. Ob percullione pae rentum injusta cum lethali culpa.2. Ob graue & inhonestam miuriam.

10 Moral. Theologia Trast. I. Leges,

iniuriam. 3. Ob accusationem in iudicio, excepto crimine hæresis, & læsæ Maiestatis. 4. Ob attentationem in vitam patris. 5. Si cum malesicis versetur. 6. Si copulam habeat cum nouerca, seu patris vxore. 7. Si non succurrat patris. 8. Si impediat ne pater testamentum conficiat. In his certè casibus pater filium hæreditate priuare potest, non verò alimentis, si aliunde filius non haberet.

46. Qu'd defilia aut inuitis parentibus nubente, aut luxuriosè transigente vitam? Nubens parentibus inuitis, seruata Tridentini forma, attento jure Canonico non potest hareditate prinari, imò neque Cæsareo, nisi filia sit minor viginti quinque annis, & parentibus volentibus ip am in matrimonium coniungere renuerit, & luxuriofam degere vitam voluerit, Tamen filia, quæ bis tantum copulam commisit, non potelt ob id hæreditate prinari. Idem affirmo si post vigintiquinque annos luxuriosam vitam degerit:imò etiam si ante vigintiquinque annos, si mater illius luxuriosam vitam degat, & nondum correcta sit exharedationis tempore; secus dicendum, fi solus pater luxuriose viuat. Porro à fortioni filius inuito patre contrahens etiam cum indigna, non potest hæreditate ideo priuarisquia leges solummodo de filialibus loquuntur. Certè exhæredatio non tollitur per reconciliationem superuenientem, aut poenitentiam: tollitur verò Religionis promissione. | professione

\$.2. 47. Quod attinet ad coninges, queram, num teneatur vir De obli- vxorem alere, si ob viri suitium recedens renuat oblata secugatione ritate ad virum redire? Non teneri affirmo ex Fagunde si verò coiugum vxor vtriusque coniugis culpa recessit, deinde ad maritum Fagund. redire contendat, maritus autem id non patiatur, alenda est à marito; quia vltima culpa ipsi marito est imputanda. Alenda

item, quoties dos casu fortuito periit.

48. Num vxor aut fily ad soluenda debita teneantur, que vir seu pater contraxit pro vxore aut silius alendu? Minime, nist pater illa acceperit nomine ipsorum, vel protestatus sit, nolle gratis illa præstare, aut nist acceperit in fraudem, id est, sine iusta causa, scientibus filiis, & vxore.

\$.3. 49. Seruorum ac dominorum percurro obligationem. TeDe do-netur ne dominus de damnis, que cumposset non impeduit cirminis, ac ca samulos, aut vasallos? Tenetur planè. Potest in domibus
famulis. seruorum dare hospitalium externis per aliquot dies, modò
id suis præstet expensis. Potest & solus hospitium, & surnum
publicum, si velit, habere. Valentiam consule.

Examen VII. De Homicidio ad Mand. sium fit ad peccatum illud vitandum, aut nisi futura mansio familiæ graui nocumento. Sic allor. 50. Sifamulus ad annua conductus ante tempus discedat, debetur ne ei merces? Cum Rebello affirmo deberi mercedem temporis, quo serviuit, nisi domini multum interesset cum diurius morari. 51. Tenetur ne herus soluere salarium samulo insirmo, quandiu agrotans est? Molina negatiue respondet, nisi sit in extrema, aut graui necessitate ? tunc enim ex charitate teneretur. Imo potest ab eo exigere sumptus in curatione factos. 52. Potest ne seruus bello captus sugere? Molina affirmat iusto bello captum peccare mortaliter fugiendo, tenerique le do- Valent mino restituere. Ego autem sequor Valentiam afferentem posse fugere etiam ab co,qui se emit à captiuitate, nisi non fugere 53. Num bona ludo, aut dono, aut hareditate à seruo acquisita dom ni sint? Cum Valentia negaciue affirmo de captis in bello, Valenti fed & ad emptitios alij extendunt. EXAMEN VII. De Legibus in particulari circa materiam quinti Mandati Decalogi de Occisione. CAPVT PRIMVM. Quidnam in Pracepto quinto prohibeatur? Oc Pracetto: Non occides, quid prohibitum est? Omlium, vnde venatio fua matura licita est. Vna cum occisione hominis prohibita est mutilatio, contumeliævoluntas occidendi, mutilandi, percutiendi, & omnis ad id cooperatio. Quianam debet habere homicidium, vt prohibitum non sit? Tria præcipue, iustam causam, publicam auctoritatem, & ve hat lecundum ordinem iuris. Porrò maletactores non prohibentur occidi. Indocentis occisio absolute est prohibita; mil in aliquo casu necessaria estet ad bonum Reipublicæ. Tyrannum gubernatione non licer occidere ex insulta inua-

fione;

nine

pacum

im-

ibus

ntis,

00H-

uata

ære-

inti

no-

VO-

non

zin-

de-

iori

ibus

Re-

vir

ecuverò

tum est à

nda

nisi

olle

line

Te-

cir-

ibus

odo

mun

a-

ella-

ium